



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sanctis Lyriaco et Paula virgi. et mar. Cap[itulum]. cxxv.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

## Liber

quos habuerat ex fonte nimie pietatis deuenerat: et quod ipsam dei genetricem in suis scripturis maxime honorauerat: propter que duo modicas penas ubicumque esset sustinebat. Sed quid in die nouissimo de eo fieret deus in arbitrio et dispositione dñe nostre posuerat: quod tamen sibi tunc reuelari non licebat. His et alijs visionibus plurimis et gloriohis ancilla christi a domino sepius uisitata anno etatis sue. xxi. uisitacionis suo sue. xliij. in sanctitate uite migrasit ad dominum decimoquinto kalendas iulij.

De sanctis Marco et Marcelliano martyribus. Cap. cxliij.



## Arcus et

Marcellianus fratres rome sub diocletiano imperatore passi sunt: age

te fabiano urbis prefecto. Hi nobili genere orti: tranquillitatem martie filij fuerunt. Qui

cum pro fide christi diebus pluribus in carcere retenti fuissent: data sententia super eos a chromatio urbis prefecto decollari iubentur: si infra dies triginta dominus sacrificare renuissent. Interimque dati sunt in custodia primicerio nomine nicostrato. Ad quos parentes et uxores cum filijs et affinis aduenerunt: qui iachrymosis precibus animos iuuenum emollire satagebant: quatenus temporalem euadentes mortem preceptis imperialibus consentirent. Quos beatus sebastianus sua predicatione ad martyrium animauit. Qui postquam 306 uxori nicostrati que dudum muta fuerat: loquendi facultatem restituit ipsum nicostratum cum coniuge et parentes marci et marcelliani ad christum conuertit. Chromatius quoque urbis prefectum cum filio tyburtio sua doctrina salutaris ad fidem adduxit: ut hec omnia dicta sunt supra in passione sebastiani decimo tertio kalendas februarij: et dicitur infra in passione tyburtij. iij. idus augusti. Sicque factum est ut diocletianus chromarium urbis prefectum dignitate priuatum in exilium mitteret: et fabianum eidem surrogaret. Qui marcum et marcellianum sacrificare nolentes in carcere diebus pluribus uinctos detinuit. Demum eductos ad stipitem ligari et eorum pedes acutis configi iussit. Eius autem transisset vnus dies et vna nox: et illi psalentes christum laudarent precepit illos prefectus lanceis per latera transfigi. Sicque cum corona martyrij ad sydere regna migrauerunt. Quorum corpora christiani occulte noctu tolentes via ardeatina sepelierunt decimo quarto kalendas iulij.

De sanctis Lysaco et Paula uirgine et mar. Cap. cxlv.

## Quintus



## Yriacus et Paula

virgo apud hispanias in ciuitate malica martyrium passi sunt. Qui a paganis pro christi nominis confessione uincti: post multa eis illata tormenta lapidibus obuupti inter saxa celo atas reddiderunt. xliij. kalendas iulij: ut habetur in martylogio adonis ex daratio hiero. sumpto.

De sanctis Seruasio et Prothasio martyribus. Cap. cxv.



## Seruasi

et prothasi fratres gemini filij beati vitalis militis et beate valerie

apud mediolanum sub nerone imperatore passi sunt. Hi enim post martyrium parerum de quibus supra actum est in passione

vitalis et valerie. iij. kalen. maij: omnem suam familiam liberantes omnesque suas facultates pauperibus erogantes sancto nazario martyri dudum adhaeserunt: quod oratorum construebat. Dehinc mediolanum urbe propria regressi in vno seculaculo conuenerunt: et per .f. annos lectioni et orationi vacantes anno. xi. ad martyrium perueniunt. Eum enim comes astasius ad bellum tenderet quod ab arcomanis fuerat excitatum: et mediolanum ingressus esset: idolorum potestates eidem occurrerunt asserentes: quod dñi sibi respondere continerent: nec belli ei victriciam concederent nisi prius seruasius et prothasius immolarerent. Continuo igitur tenentur: et a comite sacrificare suadent. Qui cum seruasius omnia idola surda et mutata diceret: et ab omnipotenti deo victriciam exquirere ad astrueret: iratus comes tam diu illum plumbatis cedi fecit quod diu spiritum exhalauit. Deinde prothasium accersiuit: eumque ut sacrificaret dominum admonuit. Recusantem in equuleo suspendi iussit. Deinde depositum fuisse cedi. Eum autem prothasius comitem miserum appellaret: et cecos oculos cordis habere diceret: ac christum voce publica proclamaret: iussit enim astasius capite cedi. Quorum corpora phillippus quidam seruus christi cum filio suo rapuit: et occulte in domo sua in arca saxea sepeliebat: libellum quoque eorum ortum et vitam et martyrium continentem conscripsit: et ad capita illorum deposuit. Passi sunt autem circa annum dominij lvij. xliij. kalen. iulij. Horum corpora tempore beati ambrosij episcopi reuelata sunt. Cum idem christi confessor: in ecclesia sanctorum nabobis et felicis ozaret: ita ut nec vigilaret aperte: nec dormiret integre: apparuerit eidem duo iuuenes pulcherrimi vestibus candidissimis induti: caligulis calciati: facie perlucida secum manibusque